
翻 訳

アンドレアス・カペラヌスの 「恋について」(1)

丑 田 弘 忍

ま え が き

≧De Amore≦は12世紀の末から13世紀の初めに中世ラテン語によって書かれた。著者については詳しいことはわかっていないが、フランス人で、名を Andreas と言い、フランス王国の礼拝堂付司祭 (capellanus = chapelain) であったとされている。それ故、Andreas Capellanus = André le Chapelain と呼ばれる。

作品は三巻よりなり、第一巻では恋の本質、効果、獲得の方法を説き、あらゆる社会階級を代表する想像上の人物を登場させている。第二巻では恋の獲得、保持、増大、縮小、終焉について、さらに恋愛裁判、及び恋愛法則について。第三巻は恋の非難である。

この作品はおびただしい写本の数(約30)と当時のかんりの俗語(仏、伊、独)に訳されていたことからして、中世に広く読まれていたと思われる。そのため俗語の文学作品に与えた影響も大きいと考えられる。また十二世紀の思想、世論、感情、風俗を表わしているので文化史的に見てもこの作品はすこぶる重要である。

Praefatio.

Cogit me multum assidua tuae dilectionis instantia, Gualteri venerande amice, ut meo tibi debeam famine propalare mearumque manuum scriptis docere, qualiter inter amantes illaesus possit amoris status conservari, pariterve, qui non amantur, quibus modis sibi cordi affixa valeant Veneris iacula declinare. Asseris te namque novum amoris militem novaque ipsius sauciatum sagitta illius nescire apte gubernare frena caballi nec ullum posse tibi remedium invenire. Quod quam sit grave quamque molestat meum animum, nullis tibi possem sermonibus explicare. Novi enim et manifesto experimento percepi, quod, qui Veneris est servituti obnoxius, nil valet perpensius cogitare, nisi ut aliquid semper valeat suis actibus operari, quo magis possit ipsius illaqueari catenis: nihil credit, se habere beatum nisi id, quod penitus suo debeat amori placere. Quamvis igitur non multum videatur expediens huiusmodi rebus insistere nec deceat, quemquam prudentem huiusmodi vacare venatibus, tamen propter affectum, quo tibi annector, tuae nullatenus valeo petitioni obstare; quia luce clarius novi, quod docto in amoris doctrina cautior tibi erit in amore processus, tuae, prout potero, curabo postulationi parere.

Liber primus.

Accessus ad amoris tractatum.

Est igitur primo videre, quid sit amor, et unde dicatur amor, et quis sit effectus amoris, et inter quos possit esse amor, qualiter acquiratur amor, retineatur, augmentetur, minuatur, finiat et de notitia amoris mutui, et quid unus amantium agere debeat altero fidem fallente.

序

尊い友、ゴーチェ⁽¹⁾よ、愛する者たちの間で恋の状態がいかにして無傷で保たれ得るか、同じように愛されない者たちがいかにして彼らの心にささったウエヌスの槍を抜くことが出来るかを私の言葉によって明らかにし、私の手で書いて示すようにと、あなたへの愛の故に大いにせきたてられます。なぜなら、あなたは恋の新しい戦士であり、恋の新しい矢で傷つき、馬の手綱をうまくさばくことが出来ず、いかなる薬をも見い出すことが出来ないからだとおっしゃるから。このことは何と重大であり、何と私の心を悩ませているか、いかなる言葉をもってしてもあなたに説明することが出来ません。なぜならば私は明らかな経験を得て、知っています。ウエヌスの隷属に陥っている者はより深く考えることが出来ないことを、ただより一層自分自身の鎖によって縛られることが出来るように、自分の行為をなすことが出来るため以外には。彼は完全に自分の恋を楽しませるであろうもの以外に何も幸福なものを持っていないと信じています。しかるに、このようなことどもに身を捧げることはあまり役に立つように思われたいとはいえず、また総明な人がこのような狩を行なうことはふさわしくないとはいえず、あなたに捧げる情熱のために、決して私はあなたの願いをこぼむことが出来ません。なぜなら恋の教義について学んだあなたには恋の進歩はもっと注意深くなることは火を見るよりも明らかに私にはわかりますので、出来る限りあなたの要求に沿うように心がけましょう。

第一巻

恋を論ずることの序

何が恋か、何故に恋と呼ばれるか、何が恋の効果か、どのような人たちの間に恋が成り立つか、恋はいかにして得られ、維持され、増加し、減少し、終るのか、そして両人の恋の印について、恋する者の一方が恋の誓いをあざむいた時、他方は何をしなければならぬか、をまず最初に見てみよう。

Capitulum I: Quid sit amor.

Amor est passio quaedam innata procedens ex visione et immoderata cogitatione formae alterius sexus, ob quam aliquis super omnia cupit alterius potiri amplexibus et omnia de utriusque voluntate in ipsius amplexu amoris praecepta compleri.

Quod amor sit passio, facile est videre. Nam, antequam amor sit ex utraque parte libratus, nulla est angustia maior, quia semper timet amans, ne amor optatum capere non possit effectum, nec in vanum suos labores emittat. Vulgi quoque timet rumores et omne, quod aliquo posset modo nocere; res enim imperfectae modica turbatione deficiunt. Sed et, si pauper ipse sit, timet, ne eius mulier vilipendat inopiam; si turpis est, timet, ne eius contemnatur informitas vel pulchrioris se mulier annectat amori; si dives est, praeteritam forte tenacitatem sibi timet obesse. Et, ut vera loquamur, nullus est, qui possit singularis amantis enarrare timores. Est igitur amor ille passio, qui ex altera tantum est parte libratus, qui potest singularis amor vocari. Postquam etiam amor utriusque perficitur, non minus timores insurgunt; uterque namque timet amantium, ne, quod est multis laboribus acquisitum, per alterius labores amittat, quod valde magis onerosum constat hominibus, quam si spe frustrati nullum sibi suos fructum sentiant [sibi] afferre labores. Gravius est enim carere quaesitis quam sperato lucro privari. Timet etiam, ne in aliquo offendat amantem; tot enim timet, quod nimium esset narrare difficile. Quod autem illa passio sit innata, manifesta tibi ratione ostendo, quia passio illa ex nulla oritur actione subtiliter veritate inspecta; sed ex sola cogitatione, quam concipit animus ex eo, quod vidit, passio illa procedit. Nam quum aliquis videt aliquam aptam amori et suo formatam arbitrio, statim eam incipit concupiscere corde; postea vero, quotiens de ipsa cogitat, totiens eius magis ardescit amore, quousque ad cogitationem devenerit plenior. Postmodum mulieris incipit cogitare facturas et eius distinguere membra suosque actus

第一章 何が恋か

恋は視覚から生ずる生来の苦悩であり、異性の姿を思うて制御できない苦悩である。その故にすべてにまさって抱擁によって相手をわがものとしたがる。そして二人の欲望に対する恋のすべての命令が、その抱擁によって果されることを願う。恋が苦悩であることをうかがうことはやさしい。なぜならば両方から思案される前の恋ほど苦しいものはない、というのは恋する者は常に望み通りの結果に達することが出来ないのではないかと、また無駄に労力を使うのではないかと恐れるからである。恋する者は大衆のうわさを恐れ、また多少とも恋の妨げになるすべてを恐れる。なぜならば完成されない事柄はとるにたらない混乱によってだめになる。もし恋する者が貧しいならば、女が彼の貧乏を軽蔑しやしないかと恐れる。彼が醜いならば、醜さが軽蔑されて、女がより美しい男と恋に陥るのではないかと恐れる。彼が金持ちであるならば、かつてのけちが邪魔になるのではないかと恐れる。実を言うと、片思いの者の恐れを語ることは誰も出来ない。ただ一方の者からだけに考量され、「片思い」と呼ばれるこの恋は苦悩である。両方の者の恋が実った後でさえ、片思いの時に劣らぬ恐れが起る。つまり恋している者のどちらも、大層の苦勞で手にした恋を第三者の努力によって失なうのではないかと恐れる。希望を裏切られ、自分の苦勞が何の実りをもたらさないと知ること以上に、人間にとってつらいことはない。期待していた利益を奪われるよりも手に入れたものを失なう方がよりつらい。恋する者は何かで相手を傷つけやしないかと恐れる。実に彼は、語るが大いにむづかしいほど、それほど多くを恐れる。この苦悩が生来のものであることを、明らかな理由からあなたに示そう。なぜならば、鋭く真実を考察するならば、この苦悩はいかなる行為からも生ぜず、視覚によって心が把握する想念からのみ生じる。つまり、ある者が恋にふさわしく、自分の好みに従って形造られている婦人を見たならば、彼はただちに心の中で彼女を手に入れようとする。それから、彼女のことを思えば思うほど、遂に一杯の思いになるまで、恋によって燃えさかる。まもな

imaginari eiusque corporis secreta rimari ac cuiusque membri officio desiderat perpetiri. Postquam vero ad hanc cogitationem plenariam devenerit, sua frena nescit continere amor, sed statim procedit ad actum; statim enim adiutorium habere laborat et internuntium invenire. Incipit enim cogitare, qualiter eius gratiam valeat invenire, incipit etiam quaerere locum et tempus cum opportunitate loquendi ac brevem horam longissimum reputat annum, quia cupienti animo nil satis posset festinanter impleri; et multa sibi in hunc modum evenire constat. Est igitur illa passio innata ex visione et cogitatione. Non quaelibet cogitatio sufficit ad amoris originem, sed immoderata exigitur; nam cogitatio moderata non solet ad mentem redire, et ideo ex ea non potest amor oriri.

Capitulum II: Inter quos possit esse amor.

Hoc autem est praecipue in amore notandum, quod amor nisi inter diversorum sexuum personas esse non potest. Nam inter duos mares vel inter duas feminas amor sibi locum vindicare non valet; duae namque sexus eiusdem personae nullatenus aptae videntur ad mutuas sibi vices reddendas amoris vel eius naturales actus exercendos. Nam quidquid natura negat, amor erubescit amplecti.

Ad hoc totus tendit conatus amantis, et de hoc illius assidua est cogitatio, ut eius, quam amat, fruatur amplexibus; optat enim, ut cum ea omnia compleat amoris mandata, id est, ea quae in amoris tractatibus reperiuntur inserta. In amantis ergo conspectu nil valet amoris actui comparari, potiusque verus amans cunctis exspoliari divitiis vel omni eo, quod humano posset excogitari ingenio, sine quo quis vivere non potest, penitus privari eligeret quam sperato vel acquisito amore carere. Quid enim homo posset possidere vel habere sub coelo, pro quo vellet tot subiacere periculis, quot assidue videmus amantes ex libero arbitrio se subiugare? Videmus enim ipsos mortem contemnere nullasque timere minas, divitias spargere et ad multas devenire inopias.

く彼は彼女の物腰について思い、彼女の肉体を想像し、彼女の行ないを思い、彼女の肉体の秘密を詮索し、あらゆる器官の機能を十分に享受したいと願う。この考えに満たされると、恋はその手綱を締めることが出来ず、ただちに行動に移る。即ち彼はただちに助けを得ることと、仲介者を見つけることに骨折る。いかにして彼女の愛を手に入れることが出来るかを考え、話をするに都合のよい場所と時を探し、短い一時間を長い長い一年と見なす。なぜならば高ぶった心では何事も十分に早く満され得ないから。このようにして彼に多くの事が生ずることが知られている。それ故、この苦悩は視覚と思いより生ずる。恋の発生には、どんな思いでもよいというわけではなく、抑制のない思いが必要とされる。なぜなら抑制された思いは心に働きかけないのが普通だから。それ故抑制された思いから恋は生じない。

第二章 どのような人たちの間に恋が成り立ちうるか。

ところで、恋は異性の間以外にはなりたたないということに特に注目しなければならない。つまり二人の男あるいは二人の女の間では恋は己の地位を占めることが出来ない。なぜならば同性同士はお互いに愛情を交換するために、あるいは愛情の自然の行為を実行するためには決してふさわしくないように思われる。自然が拒絶するものならなんでも、恋は受け入れることを恥じるからである。

恋する者のすべての試みは、自分が恋している女を抱擁して喜ぶことに向けられており、又絶えずそれを思っている。なぜならば彼は彼女と恋のすべての命令を果さんことを望んでいる。即ち、それらは恋を考察する際、あちこちに書き込んであるのが見られよう。ゆえに恋する者の眼前では恋の行為に匹敵するものはなにもない。真に恋している者にとって、期待されたかあるいは手に入れた恋をなくしてすますよりも、すべての財産かあるいは人間の心で考えだされる生きるためになくしてはならないすべてを奪われる方がましであろう。一体この世で人間は、何を手に入れあるいは持ち得ようか——そのためには、恋する者が自由意志から自分を奴隷の

Sapiens tamen amator divitias non abiicit, tanquam prodigus consuevit dispensator abiicere, sed iuxta patrimonii facultates suis ab initio modum ponit impendiis. Nam inopiae quisque necessitati suppositus deflexo incipit incedere vultu et multis cogitationibus cruciari, et omnis eum alacritas derelinquit. Qua quidem cessante illico melancholia ex adverso consurgit, in eo suum sibi locum vindicat ira, et ita incipit esse alteratus amanti et ei terribilis apparere, sicque incipiunt amoris incrementa deficere; ergo incipit amor diminui. Amor enim semper minuitur vel augetur. Manifesto igitur experimento cognosco, quod ita superveniente inopia incipiunt fomenta amoris deficere, quia: „Non habet unde suum paupertas pascat amorem.“

Non autem haec tibi enarro, amice, quasi velim avaritiam sectandam esse meis tibi faminibus indicare, quam cunctis constat in eodem cum amore non posse domicilio permanere, sed ut tibi ostendere valeam, prodigalitatem esse modis omnibus fugiendam, et ipsam largitatem utroque brachio amplectendam. Nota etiam, quod amans nihil sapidum ab amante consequitur nisi ex illius voluntate procedat.

Capitulum III: Unde dicatur amor.

Dicitur autem amor ab amo verbo, quod significat capere vel capi. Nam qui amat, captus est cupidinis vinculis aliumque desiderat suo capere hamo. Sicut enim piscator astutus suis conatur cibiculis attrahere pisces et ipsos sui hami capere unco, ita vero captus amore suis nititur alium attrahere blandimentis totisque nisibus instat duo diversa quodam incorporali vinculo corda unire vel unita semper coniuncta servare.

Capitulum IV: Quis sit effectus amoris.

Effectus autem amoris hic est, quia verus amator nulla posset avaritia offuscari, amor horridum et incultum omni facit formositate pollere, infimos natu etiam morum novit nobilitate

軛にかけるのをしばしば見ているほど、それほど多くの危険に身を晒したくなるようなものを——彼らが死を侮り、いかなるおどしをも恐れず、富を浪費し、たいそう貧乏に陥いるのを我々は見る。賢く恋する者は、ぜいたくな執事の如くには富を無駄に使わず、最初から自己の財力に応じて支出に制限を加える。なぜならばやむなく貧乏に置かれている者は顔をうつむけて立ち去り、多くの思いに苦しめられる。彼はあらゆる喜びに見捨てられる。喜びが立ち去ると、そこへ反対に憂鬱が現われ、彼の中に怒りが場所を占める。かくて彼は相手に前と変った態度をとり、怖しい姿で現われる。こうして恋が増えることはなくなり始める。よって恋は減じ始める。なぜならば恋は常に減じたり、増大したりするからである。私は明白な経験から知っている、貧乏に襲われると恋の熱はさめ始めることを。なぜならば、「貧乏は己が恋を養う手段を持たない」⁽²⁾ から。

友よ。恋と同じ家に住めないことが誰にも明らかである貧欲を求めるべきだと、私が弁舌で教示しているかのように、あなたにこう言うのではなく、ぜひ浪費を避け、気前よくしなければならぬと、あなたに示すことが出来るためである。恋する者は、彼女の自発心から出るもの以外、彼女から何も得はしないということも、心に留めなさい。

第三章 恋という名は何に由来するか

恋 (amor) は、「捕える」あるいは「捕えられる」を意味する語「釣針」(amus) に由来する。⁽³⁾ なぜならば恋する者は欲望の桎梏に捕われており、己が釣針で相手をつかまえようと願うからである。賢い漁夫が魚を餌でおびき寄せ、釣り針の鉤で捕えようとするように、そのように恋のとりことなった者は甘い言葉で相手をおびき寄せようとし、あらゆる努力を払って二つの異なった心を形のない鎖で一つに結合しようとし、一体となった心を常に仲良く維持しようとする。

第四章 恋の効果は何か

恋の効果は、真に恋している者はいかなる貧乏によってもけがされない

ditare, superbos quoque solet humilitate beare, obsequia cunctis amarus multa consuevit decenter parare. O, quam mira res est amor, qui tantis facit hominem fulgere virtutibus tantisque docet quemlibet bonis moribus abundare! Est et aliud quiddam in amore non brevi sermone laudandum, quia amor reddit hominem castitatis quasi virtute decoratum, quia vix posset de alterius etiam formosae cogitare amplexu, qui unius radio fulget amoris. Est enim suae menti, dum de amore suo plenarie cogitat, mulieris cuiuslibet horridus et incultus aspectus.

Hoc ergo tuo pectori volo semper esse affixum, Gualteri amice, quod, si tali amor libramine uteretur, ut nautas suos post multarum procellarum inundationem in quietis semper portum deduceret, me suae servitutis perpetuo vinculis obligarem. Sed quia inaequale pensum sua solet manu gestare, de ipsius tanquam iudicis suspecti non ad plenum confido iustitia. Ideoque ad praesens eius recuso iudicium, quia: „Saepe suos nautas valida relinquit in unda“.

Sed quare amor quandoque ponderibus non utatur aequalibus, alibi tractatu latiori te plenius edocebo.

Capitulum V: Quae personae sint aptae ad amorem.

Est nunc videre, quae sint aptae personae ad amoris arma ferenda. Et scire debes, quod omnis compos mentis, qui aptus est ad Veneris opera peragenda, potest amoris pertingi aculeis, nisi aetas impediatur vel caecitas vel nimia voluptatis abundantia. Aetas impedit, quia post sexagesimum annum in masculo et post quinquagesimum in femina, licet coire homo possit, eius tamen voluptas ad amorem deduci non potest, quia calor naturalis ab ea aetate suas incipit amittere vires, et humiditas sua validissime inchoat incrementa fovere atque hominem in varias deducit angustias et aegritudinum diversarum molestat insidiis, nullaque sunt sibi in hoc saeculo praeter cibi et potus solatia. Similiter ante duodecim annos femina, et ante decimum quartum annum masculus non solet in amoris exercitu militare. Dico tamen et

ことにある。恋は粗野で無教養な人を美しい魅力ある人となす。恋は生まれつき卑しい人でさえ高貴な性格を具えさせることが出来、傲慢な人をもへり下らせるものだ。恋している者は誰に対しても大いに親切をほどこすものだ。おお、かくも多くの徳で男を輝かせ、誰にでもかくも多くの好ましい性格を持つよう教える恋はなんとすばらしいものなんでしょう。恋には短い言葉では贅えられぬほかの何かがある。恋は男をあたかも徳で飾られた者のように貞潔にする。唯一の恋の光で輝いている人が、他の美女との抱擁を考えることは殆んどあり得ないからだ。恋人の事を深く思っている間は、他のどんな女の姿も彼の心には粗野で下品にうつる。

友、ゴーチエよ、次のことをあなたの心にいつも印象づけたいと思っている。恋が自分の水夫を、沢山の嵐の洪水の後、いつも静けさの港へ導くような、そんな考えをもってくれるならば、私は永久に恋の奴隷になるであろうことを。しかし恋はいつも不公平な重みを自分の手で運ぶので、恋の正義を、あたかも疑わしき裁判官のその如く、全面的に信頼しないのだ。それ故さしあたって私は恋の判決を拒絶する。恋はよく自分の水夫を荒海に捨てておくのだから。

しかしなぜ恋が時々公平な重みを用いないのか、私はあなたに先へ行ってもっと詳しく述べるであろう。

第五章 いかなる人が恋に適しているか

いかなる人が恋の武器を運ぶのに適しているか今や見なければならぬ。ウエヌスの仕事をする資格のある心の持主は、年令、盲目、あるいは過度の情欲に邪魔されないかぎり、恋のとげで傷つく恐れがあることをあなたは知らなければならない。年令は恋の障害となる。なぜならば男が六十才を過ぎ、女が五十才を過ぎれば、たとえ夫婦になっても、快樂は恋にまで昇華され得ないからである。又自然の情熱はこの年令からその力を失ない始める。体液は多いに増え始め、人を様々な困難に導き、様々な病気のおとし穴で苦しめる。彼らにはこの世で飲み物と食べ物の慰め以外に何の慰めもなくなる。同じように、十二才以下の女と十四才以下の男は恋の

firmiter assero, quod masculus ante decimum octavum annum verus esse non potest amans, quia usque ad id tempus pro re satis modica verecundo rubore perfunditur, qui non solum perficiendum impedit amorem sed bene perfectum exstinguit. Sed et alia ratio efficacior invenitur, quia ante præfatum tempus nulla in homine constantia viget, sed in omnibus variabilis reperitur. Nec enim aetatis de amoris imperii arcanis posset tanta infirmitas cogitare. Cur vero citius in muliere amor quam in masculis exardescit, alibi forte docebo.

Caecitas impedit amorem, quia caecus videre non potest, unde suus possit animus immoderatum suscipere cogitationem, ergo in eo amor non potest oriri, sicut plenarie supra constat esse probatum. Sed hoc verum esse in amore acquirendo profiteor; nam amorem ante caecitatem hominis acquisitum non nego in caeco posse durare.

Nimia voluptatis abundantia impedit amorem, quia sunt quidam, qui tanta voluptatis cupidine detinentur, quod amoris non possunt retineri reticulis; qui post multas etiam de muliere cogitationes habitas vel fructus assumptos, postquam aliam vident, statim illius concupiscunt amplexus et obsequii a priore amante suscepti obliviosi et ingrati existunt. Illi tales, quot vident, tot cupiunt libidini immisceri. Istorum talis amor est, qualis est canis impudici. Sed nos credimus asinis comparandos, ea namque solummodo natura moventur, quae ceteris animantibus homines ostendit aequales, non vera, quae rationis differentia nos a cunctis facit animalibus separari. De talibus amantibus alibi dicetur.

Capitulum VI: Qualiter amor acquiratur et quot modis.

Nunc igitur sequenti restat loco videre, quibus modis amor sit acquirendus. Et quorundam fertur narrare doctrina, quinque modos esse, quibus amor acquiratur, scilicet: formae venustate, morum probitate, copiosa sermonis facundia, divitiarum abundantia et facili rei petita concessione. Sed nostra quidem credit

軍隊に服務しないものだ。しかし私は言いかつ強く断言する、十八才以前では男は真に恋する者とはなり得ないことを。なぜならばこの年まではちょっとしたことで恥づかしがって赤面してしまう。赤面すれば恋の完成を妨げるのみならず、完成した恋をもぶちこわしてしまうから。しかしまた別のもっと強い理由も見い出される。なぜならば、先に挙げた年齢までは、節操がなく何事においても変化しやすいからである。なぜならば、そのように年がゆかないと、恋の王国の秘密について考えることは出来ないであろうから。なぜ男よりも女の方がより若く恋が燃えたつか、私は他の場所で恐らく示すであろう。

盲目は恋の障害となる。なぜならば盲人は、心の抑制がなくなる思いを抱くほどのものを見ることが出来ないからである。従って、上で十分に証明されているように、盲人にあっては恋は起り得ない。しかし、このことは恋を得る時にのみあてはまることを私は認める。なぜならば、盲目になる前に得た恋は盲目になった後も続き得ることを私は否定しない。

過度の情欲は恋の障害となる。なぜならば、恋の網によって取りおさえられないほどの情欲によって縛られている人たちがいるからだ。彼らは一人の女を思いつづけ、彼女を楽しんだ後で、別の女を見ると、その女をただちに抱きたくなり、最初の女から受けた親切を忘れ、感謝もしない。このような男たちは、女を見れば誰とでも交わりたく思う。彼らの恋は、あたかも恥知らずな犬の如くである。彼らはロバに匹敵すると、私は信じる。なぜならば、理性の相違により我々をあらゆる動物から分けている真実の本性によってではなく、人間が他の動物と変わらぬことを示している本性によってのみ彼らは動かされているからだ。このように恋する人たちのことは別のところで述べよう。

第六章 いかにして恋は獲得されるかそしてどんな方法があるか

従って今や、いかなる方法によって恋が獲得され得るか、引き続き見なければならぬ。ある人々の教えるところによれば、五つの方法があると言われている。即ち姿が美しいこと、性格が優れていること、弁舌がたつ

opinio, tantum tribus prioribus modis amorem acquiri, duos autem ultimos modos omnino credimus ab aula propulsandos amoris, sicut mea tibi suo loco doctrina monstrabit.

Formae venustas modico labore sibi quaerit amorem, maxime si amorem simplicis requirit amantis. Simplex enim amans nil credit aliud in amante quaerendum nisi formam faciemque venustam et corporis cultum. Horum autem amorem improbare non insisto, sed nec multum approbare contendo, quia inter incautos vel minus sapientes amantes amor diu latere non potest; ergo sua statim incipit incrementa nescire. Divulgatus enim amor aestimationem non servat amantis, sed eius famam sinistra solet cauteriare rumoribus et poenitentem prorsus saepe reddit amantem. Raro inter ipsos amor perdurat amantes, sed, si inter tales amor forte quandoque remaneat, sua non potest pristina solatia capere, quia rumoris percepta suspicio custodiam facit cautiorem exhibere puellae et omnem loquendi opportunitatem excludit et sollicitos attentosque reddit cognatos amantis, et exinde inimicitia capitalis insurgit. In talibus amor, quum non possit sua solatia capere, immoderata suscipit incrementa et in immanium lamenta poenarum deducit amantes, quia: „Nitimur in vetitum, cupimus semperque negatum“.

Sapiens igitur mulier talem sibi comparare perquirat amandum, qui morum sit probitate laudandus, non autem, qui mulierum se more perungit vel corporis se cultu perlustrat. Non enim potest virili congruere formae mulierum se more ornare vel corporis ornatui deservire. Tales etiam mirificus Ovidius redarguendo notavit: „Sint procul a nobis iuvenes ut feminae compti,

Fine coli modico forma virilis amat“.

Sed et, si mulierem videris nimia colorum varietate fucatam, eius non eligas formam, nisi alia vice primo ipsam extra festiva diligenter aspicias, quia mulier in solo corporis fuco confidens non multum solet morum muneribus ornari. Sicut igitur in masculino diximus, ita credimus, in muliere non formam tantum quantum morum honestatem sectandam. Cave igitur, Gualteri,

こと、富があること、望まれれば快く与えること。しかし、私は最初の三つによって恋が獲得されると思う。最後の二つは、私の教えがあなたに相応の所で示すであろうように、完全に恋の宮廷から追放されるべきであると思う。

姿が美しければ少しの努力で恋が手に入る。特に素朴な人の恋を得る場合。なぜならば素朴な人は、相手の中に姿、顔の美しさ、体の手入れ以外に何ものをも求められないと思っている。そのような人々の恋がいけないと言うのではないが、しかし大いに賞賛する気はない。なぜならば、不注意な人あるいは賢くない人の間では恋は長く隠れていることは出来ないから。従ってただちに恋は成長を止める。それ故に、公けになった恋は相手の尊敬を保つことが出来なくなり、悪いうわさで相手の名を汚し、しばしば後悔させる。そのような人たちの間の恋はめったに続かない。しかしたとえ、たまたま続いたとしても、以前の楽しみを取り戻すことは出来ない。なぜならば、うわさの疑惑が耳に入ると少女は一層注意深く見張られ、恋人と話すあらゆるチャンスは奪われ、男の縁者を用心深く、注意深くさせる。これで二人の間に容易ならぬ敵意が生ずる。そのような場合、恋が楽しみとなることが出来ないので、恋は制限なく増し、測りしれない苦痛の嘆きへと二人を導く。なぜならば、「我々は禁じられたものを得ようと努め、常に拒まれたものを欲する」⁽⁴⁾ から。

従って、賢い女は、誠実な性格の故に賞賛されるべき恋人を手に入れようと努める。女のように体に油を塗ったり、体の手入れにせいをだしている男をではない。なぜならば、女のように身を飾ったり、体の手入れにせいをだすことは、男の体には適し得ないから。偉大なオウィディウスはこのような男たちをとがめて、言っている、「女のように飾った若者は我々から遠ざかるがよい。男の体は適度に手入れされることを好む」。⁽⁵⁾

しかし、もしあなたが派手に化粧をした女を見るならば、まず祭の時以外に化粧をしていない彼女をしげしげとながめない限り、彼女の美を選んではいけない。なぜならば、化粧しか頼りにしない女は美德の贈物で飾られていないのが普通である。それ故男について述べたように、女について

ne inanis te decipiat mulierum forma, quia tanta solet esse mulieris astutia et eius multa facundia, quod, postquam coeperis eius acquisitis gaudere muneribus, non videbitur tibi facilis ab ipsius amore regressus. Morum probitas acquirit amorem in morum probitate fulgentem. Doctus enim amans vel docta deformem non reiicit amantem, si moribus intus abundet. Qui enim probus invenitur et prudens, nunquam facile posset in amoris semita deviare vel suum coamantem afficere turbatione. Sapiens igitur, si sapientem suo connectit amori, suum amorem in perpetuum facillime poterit occultare et sapientem coamantem sapientiore sua solet exhibere doctrina et minus sapientem sua consuevit moderatione reddere cautiorem. Mulier similiter non formam vel cultum vel generis quaerat originem, quia: „Nulla forma placet, si bonitate vacet“, morum atque probitas sola est, quae vera facit hominem nobilitate beari et rutilanti forma pollere. Nam quum omnes homines uno sumus ab initio stipite derivati unamque secundum naturam originem traximus omnes, non forma, non corporis cultus, non etiam opulentia rerum, sed sola fuit morum probitas, quae primitus nobilitate distinxit homines ac generis induxit differentiam. Sed plures quidem sunt, qui ab ipsis primis nobilibus sementivam trahentes originem in aliam partem degenerando declinant: „Et si convertas, non est propositio falsa“.

Sola ergo probitas amoris est digna corona. Sermonis facundia multotiens ad amandum non amantium corda compellit. Ornatum etenim amantis eloquium amoris consuevit concitare aculeos et de loquentis facit probitate praesumi. Quod qualiter fiat, quam brevi potero, curabo tibi sermone narrare.

Ad hoc imprimis istam tibi trado doctrinam, quod mulierum alia est plebeia, alia nobilis, alia nobilior. Item masculus alius est plebeius, alius est nobilis, alius nobilior, alius nobilissimus. Mulier plebeia tibi satis est manifesta; nobilis mulier dicitur ex vavassoris vel proceris sanguine orta vel eorum uxores. Nobilior femina nominatur a proceribus sumpta. Idem dicimus in masculis,

も、美よりも性格の美点が重んじられねばならないと信じる。それ故、ゴーチェよ、女の空しい美にだまされないように注意しなさい。なぜならば、手に入れた女の贈物を楽しみ始めた後で、彼女の愛から逃れることはたやすいこととあなたに思われぬほど、女は賢く、口上手であるから。性格の誠実な人は性格の誠実さに輝く人の恋を手に入れる。なぜならば、教養のある男にせよ、女にせよ、相手の性格が内面で優れていれば、醜くなくても拒否しない。上品で総明な人は簡単に恋の道で迷わず、相手を困らせたりしない。賢い女が賢い男を恋人にするならば、己が恋人を永久に秘密にしておくことが容易に出来るだろう。そして賢い相手がもっと賢いことを学識によって見せ、あまり賢くないならば、彼女の謙虚さで男をより思慮深くさせるものだ。女も男同様男の姿、装い、家柄を重んじてはいけぬ。なぜならば「善が欠けているならば、いかなる美も好まれない」からだ。性格が優れていることが、人に真実の高貴を与え、赤く輝く美で満たす唯一のものである。なぜならば、我々すべての人間は元来同一の幹より派生しており、すべては当然同一の祖先にたどりつくが故に、最初に人間を高貴で飾り、家柄の区別を作ったのは、美でもなく、優雅な肉体でもなく、あふれる財産さえでもない。ひとえに性格が優れていることであった。しかし、同じ高貴な家柄から出ているが、身を持ちくずして違った方向へ向かう者もたくさんいる、「その逆もまた正しい」。

それ故性格が優れていることが恋の王冠にふさわしい。しばしばたくみな弁舌は恋していない者の心を恋へと駆りたてる。なぜならば、恋人のたくみな話は恋の矢を強く駆り立てるものであり、話す者の性格が優れていることを推測させる。どうしてそうなるのか、私は出来るだけ手短かにあなたに話そうと思う。

そのためにまず、女たちのある者は庶民の出であり、ある者は良い家柄の出であり、ある者はさらに良い家柄の出であることを、あなたに教えよう。男も同じく、ある者は庶民の出であり、ある者は良い家柄の出であり、ある者はもっと良い家柄の出であり、ある者はさらに良い家柄の出である。庶民の女のことはあなたには充分わかっている。家柄の良い女は倍

nisi quod masculus nobiliori vel ignobiliori vinctus uxori ordinem non mutat. Mulier enim vincta marito ex mariti ordine suam nobilitatem variando commutat. Masculi vero nobilitas mulieris nunquam potest coniunctione mutari. Praeterea unum in masculis plus quam in feminis ordinem reperimus, quia quidam masculus nobilissimus invenitur ut puta clericus.

臣あるいは貴族の出であるか、あるいは彼らの妻であると言われている。さらに良い家柄の女は貴族の出であると言われている。男の場合も同じであるが、しかし男は自分より身分の高いあるいは低い女と結婚しても身分は変わらない。結婚した女は夫の身分に応じて自分の身分が変わる。しかし男の身分は結婚しても変わらない。加えて、女の場合よりも男の場合一階級多い。なぜならば聖職者のような最も身分の高い男がいるからだ。

注

- (1) Andreas が自作を献上しているこの友人が一体誰であるか確認されていない。虚構の人物とも、フランス王の甥あるいは甥の子とも考えられている。いずれにせよ恋愛道に入ろうとする若い貴族である。
- (2) オウィディウスの「恋の治療法」(Remedia Amoris) I. 749 より引用されている。
- (3) この語源説は Sevilla の Isidorus (570—636) の「語源」(Etymologiae) に由来すると思われる。この説は中世に広く広まっていたようである。
- (4) オウィディウスの「恋愛」(Amores) III. IV. 17から引用されている。
- (5) オウィディウスの「女丈夫」(Heroides) IV. 75—76 から引用されている。

訳出に際して使用したテキスト及び現代語訳は次の通りである。

テキスト：

E. Trojel: *Andreae Capellani regii Francorum de Amore libri Tres. editio altera*, München 1972

現代語訳：

H. M. Elster: *Des königlich fränkischen Kaplans Andreas drei Bücher über die Liebe, aus dem Latein übertragen und herausgegeben*, Dresden, 1924

J. J. Parry: *The art of courtly love by Andreas Capellanus, with introduction, translation and notes*, New York, 1941

Claude Buridant: *André le Chapelain, Traité de l'amour courtois, traduction, introduction et notes*, Paris 1974